

COMMENTARIA  
AD SEX SELECTIONES  
CÆSARVM LEGES,

Quæ in postremis duobus voluminis libris  
continentur.

FACIEBAT INTER AVLICA OTIA  
Doct. D. Franciscus de Arana & Andraca,  
è maiori Salmanticensium Doctorum Dy-  
casterio vnus, & in legali Cathedrarum  
obtinendarum palestra, iam pridie  
Antagonista.

*Es celatib. vel cetero de la...*

D. O. C.

EXCELLENTISSIMO DOMINO  
Comiti de Oropesa, & totius Hispania Orbis  
vigilantissimo Supremoque Prasidi,  
Ec.

TVM PRIVILEGIO.

MATRITI: Ex Typographia Iuliani  
de Paredes. Anno 1688.



*Commentarium ad mirificum textum in leg si  
quando, 1. C. de naufragijs, lib. 11. tit. 5.*

*Repetitio ad textum in leg. omnibus fabricis, 1.  
C. de fabricensibus, lib. 11. tit. 9.*


*Commentarium ad celebrem Imperatoris Leo-  
nis decisionem in leg. nulli, unica, C. nulli li-  
cere, in franis, & equestribus sellis, & in bal-  
theis Margaritas, & smaragdos, & hyacin-  
thos aptare, & de Artificibus Palatinis,  
tit. 11.*

*Commentarium ad difficilem textum in l. apud  
eos, 2. C. de debitoribus ciuitatum, lib. 11.  
tit. 32.*

*Commentarium ad textum in leg. Præpositos;  
unica, C. de Comitibus, & Tribunis Schola-  
rum, lib. 12. tit. 11.*

*Commentarium ad singularem decisionem Tex-  
tus in leg. cum ex sola, 4. C. de Primipilo,  
lib. 12.*

Decorative border of small floral motifs at the top of the page.




Decorative border of small floral motifs at the bottom of the page.



Visquis magnum  
illud iuris volu-  
men, in hunc li-  
bellum redactum  
aspexerit, non mi-  
rabitur (Excellentissime Princeps)  
eius frontem tanti Herois radijs  
illustratam. Nam cum iustitiæ ima-  
ginem expressam referat, nulli,  
quam tibi supremam iustitiæ sphæ-  
ram occupanti liber erat conse-  
crandus: Nulli triumphantem suū  
gladium iustitia erat concessura,  
nisi qui fulguranti maiorum gladio  
iniustitiæ monstra detriumphavit:  
Nulli virentis olivæ ramo erat co-  
ronandus, quam qui sua tempora,  
& iustitia, & gladio Palmarū fron-



di-



COMMENTARIUM  
 ADMIRIFICVM TEXTVM  
 in l. si quando, 1. C. de Naufragijs,  
 lib. 11. tit. 5.

**C**onstantinus in verbis *parcus*,  
 sed mente *profundus*, prodi-  
 gus in sensu, verbis angu-  
 stus, augustus re, abundans  
 mente, sed ore minor, fru-  
 ctu, non fronte beatus, sen-  
 sus divitias brevi laconismo coarctat sequen-  
 tibus verbis: *Si quando naufragio navis expul-  
 sa fuerit ad litus, vel si quando aliquam ter-  
 ram attigerit ad Dominos pertineat, fiscus meus  
 se se non interponat. Quòd enim ius habet fiscus  
 in aliena calamitate, vt de re tam luctuosa com-  
 pendium sectetur?* Ex quibus verbis hæc de-  
 promitur conclusio. Navis, si vi tempestatis  
 ad portum appulerit naufragio contracta, ad

A

fif.

qua in fraudem credit. Ergo in illis verbis: *Si non queratur*, non hic casus, sed alius continetur, scilicet, is, in quo cum potuisset acquirere, non adquisivit. Rursus communis evasio infringitur ex eo, quod aliena sit interpretatio hæc à proprietate latina Iurisconsultorum; nam iuxta eam non dicerent, non acquirere illum, qui actionem remisit, sed dicerent, aut ammittere, aut alienare, siquidem alienant ipsam actionem, & consequenter videntur alienare ipsam rem, ad quam adipiscendam actionem habebant, leg. 15.

*ff. de reg. iur.*

FINIS.

